Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26265
Copyright: Admont, Benediktinerstift

nisi forte ut heliseus boves suos occidit et pavit
pauperes ex eo quod habuit ut nulla cura tene
retur domestica, sed relictis omnibus in disciplinam
se propheticam daret. Est etiam probanda liberalitas
ut proximos seminis tui non despicias, si egere cog
noscas. Melius est enim ut ipse subvenias tuis quibus
pudor est ab aliis sumptum deposcere aut alicui
postulare subsidium necessitati; non tamen ut illi
ditiores eo fieri velint quod tu potes conferre in
opibus. Causa enim praestat non gratia. Neque enim propterea
te domino dicasti ut tuos divites facias, sed ut vitam
tibi perpetuam fructu boni operis acquiras, et pretio mi
serationis peccata redimas tua. Putant se
parum poscere, pretium tuum quaerunt, vitae tuae
fructum adimere contendunt, et accusant quod eos
divites non feceris, cum te illi velint vitae aeternae
fraudare mercede. Consilium promisimus, auc
toritatem teneamus. Primum quod neminem debet
pudere si ex divite pauper fiat dum largitur pau
peri, quia Christus pauper factus est cum dives esset, ut omnes
sua inopia ditaret. Dedit regulam quam sequamur,
ut bona ratio sit exinaniti patrimonii, si quis

De probatione liberalitatis. Ut proximus non de spiciendus.

De pretio mise rationis.

De paupere ex divite.